

The Electronic Manipulus florum  
www.manipulusflorum.com

Lacrima d  
cum fonte primo

O lacrima humilis! Tua est potencia,  
tuum regnum. Tribunal iudicis non  
uereris, amicorum tuorum accusatoribus  
silencium imponis.

Non est qui te

accedere uetet. Si sola intras,  
uacua non redibis,

magis crucias dyabolum quam pena  
infernalis.

Quid plura? Vincis inuincibilem,  
ligas omnipotentem,

inclinat filium uirginis.

Ieronymus in epistola.

O lacryma humilis: Tua est potentia,  
tuum est regnum. Tribunal iudicis non  
uereris, amicorum tuorum accusatoribus  
silencium imponis,  
quandoque sententiam rapis, etiam ab  
ore iudicis! Audes ubi timet angelus.  
Non est qui te  
perturbet ab ingressu secretorum, ab  
interpellatione pro culpis reorum, non est  
qui  
accedere uetet. Sola si intraveris,  
nunquam tamen sola vel uacua redibis.

Petrus Cellensis, *Liber de panibus*, 12  
(PL 202, col.983D-984A).

[non inuentus in hoc opere]

Quid plura? Vincit inuincibilem,  
ligat omnipotentem,  
naufragium est vitiorum, portusque  
naufragatorum.  
Filium Dei ad nos inclinat  
et ad veram Trinitatem, interueniente  
Spiritu nos elevat.

Petrus Cellensis, *Liber de panibus*, 12  
(PL 202, col.983B-C).